

1187

I CODICES

1188

nico exarati, in quibus deprehenditur סְלִיקָן ספר קִיטָת, et novum Initium: דברי קהילת כל מקומות על דברי. CCCCXCVIII.

U. 302 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 339. f. per duas columnas luculente exaratus, rubricis notatus, et, ut loquitur frons, inter viuos Collegio Ducali Wienne cum 17. aliis donatus a M. Andrea de Weytra jam alias memorato continet idem *Scriptum Quartum*, monente tamen Titulo: usque ad materiam de matrimonio. Itaque cum *Dist. XXV.* terminatur Codex, cuius finem facit *Expositio Textus*, quam, ut solet, Quaectionibus praeposuit Editor T. cit. p. 450. Neque ex his aliquem in clericatus honorem subrogari &c. Adjecta est *Distinctionum* et *Quaectionum* Tabula.

CCCCXCIX.

U. 422 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 147. f. per duas columnas sat nitide, sed multis vocum compendiis, ut Scholasticon mos, scriptus et rubricis enotatus, olimque a Thome de Haselbach Ducali Collegio legatus, est, ut e calce adsumo, *Liber tercarius fratris thome ordinis predicatorum*, id est, *Scriptum ejus in Librum III. Sententiarum Petri Lombardi*, cuius ingressus: *Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Eccl. I. Ex verbis istis duo possumus*

accipere &c. et finis: *quibus ad uitam peruenitur eternam* (deest in Edit.) *in qua* (Ed. cum Christo) uiuamus per omnia secula seculorum. Amen. Accedit *Distinctionum* et *Quaectionum* Tabula. In Edit. *Paris.* 1660. Commentaria haec T. IX. f. constituunt.

Ad conuentiendum utrinque Codicem exhibita est membrana cuiusdam Collectionis J. Can. eleganter exarata, in qua occurunt Rubricae *De emunitate ecclesie clementii rerum ecclesiasticarum*. *De clericis uel monachis secularibus negotiis se immisceant*. *De clandestina desponsatione*. *De sponsa duorum* cum Glossa marginum.

D.

U. 423 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 156. f. pariter per duas columnas sed luculentius exaratus, coloribus distinctus, et eidem Collegio donatus a M. Nicolao de Dinkelspühl, idem *Scriptum* continet, in cuius fine habetur *vitam eternam*, et *cum Christo*. Subiuncta est etiam Tabula. In litera capitali A Miniator ignorans *Thomam* veste Ordinis Minor. induit.

DI.

U. 436 Codex membraneus lat. Sec. XIII. exeuntis, Folior. 167. f. per duas columnas nitide, non una tamen manu exaratus, coloribus distinctus, et a celebri nostro T. D. Nicolao de Dinkelspuchel Collegio Ducali legatus exhibit Bo- naven-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1442

1189

D O G M A T I C I .

1190

uaventurae ex O. M. Card. Ep. Alban. dicti antea Joh. Fidantii, et a Graecis Eutychii, quin Eustachii, Hetrusci, in Concilio Lugdun. 1274. defuncti, praecipue Asceos cum Theologia scholastica conciliatoris. Scriptum in Librum II. Sententiar. Petri Lombardi, quod init: Solummodo hoc inueni, quod deus fecit hominem rectum &c. et desinit: secundum quod manifestat series duorum precedentium librorum, cui est omnis honor et gloria et laus et imperium per infinita secula seculorum amen. Accedit Quaestiomum Tabula. Ita etiam habes in Edit. Opp. Lugdun. 1668. T. IV. f.

DII.

U. 435 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 201. f. per duas columnas pereleganter descriptus, rubricis laetus, et Collegio Ducali quondam relictus ab Jodoco Weiler de Hailprunna T. D. et D. Stephani Canonico alterum est Exemplar Bonaventurae in II. Sententiar. integerrimum et Tabula Quaestionum stipatum. Codex hic uterque sub finem legit: hominem rectum fecit, qui se infinitis questionibus miscuit peccatorum, Editione citata τὸ peccatorum subprimente.

DIII.

U. 312 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 124. f. min. per duas columnas scriptus, et olim testamento Jodoci Weiler de bail-

*prunna saepius memorati relictus Collegio Ducali Wieme continet I. D. Bonaventurae, sive Eutychii, Eustachii, alio nomine Joh. de Fidanza O. M. Ep. Alban. et Card. inter Scholasticos Dodoris Seraphici, qui obiit in Concilio Lugd. a. 1274. Commentarium in III. Librum Sententiarum Petri Lombardi. Incipit is statim ab Art. 1. Cum venit plenitudo temporis &c. Primo queritur, utrum diuina natura potuerit uniri cum humana. et uidetur quod non. Vni- ri est pati &c. Absunt igitur omnia illa, quae in Edit. Opp. Lugd. 1668. T. V. p. 4. praecedunt. Ita et in fine Codex in his verbis sistit: triplicat sibi meritum et consolamen; ubi Edita procurrunt pluribus lineis: *Istud est complementum dubii literalis superpositi &c. Clausula adjecta: Expliciunt questiones principales tercij libri bonaventure. Deo gratias amen.**

*II. fol. 83. absque Inscriptione succedunt ab alia minuta manu Capita XLI. quibus diversae voces biblicae, et praecipue Psalmorum, distinguendo exponuntur, ut erat aeyum superius amans divisionum et subdivisionum numericarum. C. I. ita init: *Notandum quod est multiplicatio a deo et est multiplicatio ab homine &c. Multiplicationem a Deo dividit in multiplicationem mali et boni, mali triplicem, videlicet castigationis, cominationis et tribulationis &c. Ita in C. II. agitur de Stilla doctrine, gracie, culpe et pene, in III. de Lotione temporali et spirituali vel bona vel mala, in IV. de Signo ma-**